

ARITHMETICES
REGVLAE DE MINVTIIS TRES.

Prima.

SI Numerator denominatori æqualis fuerit, fractio valet integro, vt $\frac{3}{3}$ vnus aurei, idem sunt quod vnus aureus. Sic $\frac{4}{4}$, $\frac{5}{5}$, $\frac{6}{6}$ &c. idem sunt quod vnum integrum, à loco eius fractionis est scribenda simpliciter vnitas.

Secunda.

Si numerator maior fuerit denominatore, fractio plus valet integro, tot vnitatibus, quot numerator excedit denominatorem. Sic $\frac{3}{2}$ idem sunt quod $1\frac{1}{2}$. Duo enim in tribus habeo semel, & manet in residuo $\frac{1}{2}$. Quod hoc modo inuenitur. Diuide numeratorem per denominatorem, ac productum loco fractionis pone, vt in præcedente 3 per 2 diuisis, prouenit $1\frac{1}{2}$.

$$\text{Sic } \left\{ \begin{array}{l} \frac{3}{4} \\ \frac{6}{5} \\ \frac{2}{6} \end{array} \right\} \text{ idē sunt quod } \left\{ \begin{array}{l} 1\frac{1}{2} \\ 1\frac{1}{5} \\ 1\frac{3}{6} \end{array} \right\} \text{ Sic } \left\{ \begin{array}{l} \frac{10}{4} \\ \frac{60}{25} \\ \frac{54}{13} \end{array} \right\} \text{ sunt } \left\{ \begin{array}{l} 2\frac{2}{4} \\ 2\frac{10}{25} \\ \frac{2}{13} \end{array} \right\}$$

Tertia.

Si numerator minor est denominatore, minor est fractio integro, tot vnitatibus, quot numeratorem denominator excesserit. Sic $\frac{1}{2}$ idem est quod dimidia pars integri, $\frac{3}{4}$ idem sunt quod tres partes integri diuisi in quatuor.

Quo-